Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XIX. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet dem Tylo von Wedingen Bürger zu Rathenow und seinen Erben das Wächteramt der Rathenowschen Heide, am 20. Jan. 1353.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54581

Visual Library

mark to Brandenburg komen, dat ſi ok deſſen brief beſegeln ſcolen met eren Ingeſegeln vnd ſint tüch deſſer ſache dy Edel man Johans Herre to Kothebus, dy duychtichen man Diepold Hele vnſer marſchalk, Wilhelm Bombrecht vſe ſchenk, Otte van Helue, Herman van Redern, Peter van Breydow, Hannus van Rochow, Ridder, Hempe van Knieſbecke vnd ander vel erber Lude genuch. Deſſe brief is gegheuen to Ratenow, Na godes gebort Dryttyen Hundert iar in dem ein vnd feſtichſten iare, anne Suntach als man ſynget Eſto michi in deum protectorem.

Nach dem Originale des Rathsarchives in Rathenow, welches mit 2 Siegeln befeſtigt geweſen iſt.

XIX. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet dem Thylo von Wedingen Bürger zu Rathenow und ſeinen Erben das Wächteramt der Rathenowſchen Heide, am 20. Jan. 1353.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. fecimus ordinauimus et preſentibus ordinamus diſcretum virum Tylonem de wedingen, ciuem in Rathenowe, et ſuos heredes, fideles noſtros dilectos, Cuſtodes merice noſtre Rathenowenſis promittentes firmiter eisdem, quod ipſos de dicte merice noſtre cuſtodia, niſi de redditibus et prouentibus merice predicte nobis pertinentibus de LXX talentis den. brandenb., in quibus ſibi fridericus de Lochen, Capitaneus noſter fidelis, rationabiliter exſtitit obligatus, eidem ac heredibus ſuis ſatisfactum fuerit et integre perceperit de eisdem, deſtituere volumus nec debebimus quouiſmodo, addicientes quod merice noſtre lingna vendere debebunt iuxta conſuetudinem antiquitus obſeruatam, Et omnium lingnorum, ſibi vt premittitur vendere permiſſorum, taxam ſeu valorem ac aliorum reddituum de noſtra merica prouenientium in ſortem computare debitorum ſeu pecunie prenotate. Iſtud vero in vſus ſuos conuertere poterunt et referuare quicquid alii cuſtodes merice prenotate dicti officii occaſione percipere conſueuerant ex antiquo et ipſam cum diligentia prout alii fecerant et conſueuerant cuſtodire. In cuius etc. Preſentibus Swartzburg Juniore vlrico comite de Lyndow Juniore Lochen, Grifko, pet. de Breydowe, Joh. de Rochowe militibus cum ceteris. Datum Briezzen, anno L. tercio In die beatorum fabiani et ſebaſtiani.

Nach dem Copialbuche des M. Ludwig, betr. die Vogteien Berlin, Spandow, Rathenow und Nauen. Nr. 18, im K. Geh. Kab.-Archive.

XX. Markgraf Ludwig der Römer incorporirt der Propſtei und dem Domcapitel zu Brandenburg die Pfarrkirche der Stadt Rathenow, am 16. Aug. 1354.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Ad aucmentum diuini cultus necnon pro ſalute noſtra et animarum omnium parentum noſtrorum donamus irreuocabiliter donatione ſollempni inter vivos eccleſiam parrochialem ciuitatis noſtre Rathenowe Religioſis viris prepoſito et Capitulo eccleſie brandenb. nobis deuotis et ſincere dilectis, Juſpatronatus et quicquid Juris in ipſa eccleſia habuimus in eoſdem totaliter transferentes nichilque iuris in ipſa parochiali eccleſia predicta nobis aut ſucceſſo-